gemĕre, gemuisse, gemitum. *uerb. intr., tr.* **FORMA** VARRO Ling 10.31. gemebam. CHAR 477c. gemo. PS PHOC nom 61. gemo gemui. PRISC Gramm 528. gemo gemui.; *perspicuum est quantum part. praes. appareat*^{x218}, *quod subst. paene produxit.* **ETYM** *GEM-. **DLAT** adgemere, circumgemere, congemere, ingemere, regemere; gemebundus, gemibilis, gemulus; gemiscere, gemitus, Gemoniae; gumia. **DROM** *cast.* gemir, *cat.* gemir, gemegar; *fr.* geindre, *it.* gemere, gemicare *'paululum pluere'*; *port.* gemer, *rum.* geme. [**FREQ** media **436**^{indicia} **28**$^{/d.c.m.}$ 254-184 PLAUT] *uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, praesertim argumentando (Christianis auctoribus) narrando (uersui heroico) aptum, ii certe doctis usibus; at reliquis usibus quoque inuenitur, etiam prosa; technicis quasi euanescit; inde ab initiis apparet, at magis saec. I-II ec. usitatur, in fine Antiquitatis a Christianis auctoribus magis semantizato; est uerbum amplum multis casibus opportunum.*

VARIATIO		indicia	p$^{/d.c.m. subc.}$
OPERUM	argumentalis	188	29
	dramatica	24	54
	exponends	11	3,7
	lyrica	20	71
	narratiua	179	33
	satirica	14	73
DIACHRONICA	III-II aec.	4	10
	I aec.	40	14
	I-II ec.	162	42
	III-V ec.	230	26
DIAPHASICA	docta	174	82
	media	249	19
	quotidiana	13	22
DIASTRATICA	litteraria	433	33
	technica	3	1,1
MODUS	prosa	229	16
	uersu	207	106

¶ **a1** *ob dolorem gemitus dare - gemir de dolor* [**HYPER** sonare **DOM** corpus] 200 PLAUT Truc 599. Me intuetur gemens; traxit ex intimo uentre suspiritum. 30-15 PROP 2.25.12. gemere in tauro, saeue Perille, tuo. 5 OV Fast 4.120. gemuit teneram cuspide laesa manum. 63-65 SEN Epist 13.5. scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. 205 TERT Scorp 5.20. Ululans denique ille et gemens et mugiens inter manus medici. 400-430 SEDUL Carm pasch 3.200. uenerat et mulier, morbo contracta uetusto ... tremebunda, gemens, incurua. 🕮 PS DOSITH Mon 158. stenazo gemo. GLOSS 2.437.19. στένω ἐπὶ τοῦ στενάζω 'gemir'. 4.81.38. qui corporis laborem habet.

seu gemitum ob rem aliquam dari - o producirse un gemido por efectos físicos 60 PERS 3.39. Siculi gemuerunt aera iuuenci. 63-65 SEN Thy 771. Stridet in ueribus iecur; nec facile dicas corpora an flammae gemant.

ad partus dolores pertinuit - fue aplicado al gemir por los dolores del parto 254-184 PLAUT Amph 1099. uxorem tuam neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audiuimus; ita profecto sine dolore peperit. 30-50 PHAEDR App 19.1. Premente partu scrofa cum gemeret iacens. 362-372 ZENO 2.2. inter conpugnantes flatus ac fluctus gemens parturit carina naufragium. 390-406 VULG Esdr 16.39. praegnans ... in adpropinquante hora partus eius, ante horas duas uel tres gementes dolores circum uentrem eius. 398 AUG Serm 30.284. Quando peperisti gemuisti.

uel ob infirmitatem seu morbum - o por efectos de la debilidad o la enfermedad 180-103 LUCIL 1108. quidam perditus Tiresia tussi grandaeuus gemebat. 161 TER Eun 336. occurrit ad me ... incuruo' tremulu' labiis demissis gemens. 80-85 MART Epigr 12.17.2. Quare tam multis a te, Laetine, diebus non abeat febris, quaeris et usque gemis.

a2 *ad alia quam homines pertinuit quae, moliminibus obonoxia, sonus quasi gemitus reddunt, qualia montes siluae maria saxa terra arbores - fue aplicada pronto a seres distintos de los humanos, habitualmente inanimados que, al ser sometidos a esfuerzo, emiten sonidos que recuerdan los gemidos, sean montañas, bosques, mares, rocas, la tierra o los árboles* 23 HOR Carm 2.20.14. gementis litora Bosphori. 2-8 OV Met 3.94. arbor ... ima parte flagellari gemuit sua robora caudae *serpentis*. 60 PETRON 120.1.92. montibus haustis antra gemunt. 62-65 LUCAN 7.483. Pindus agit fremitus Pangaeaque saxa resultant Oetaeaeque gemunt rupes. 63-65 SEN Oed 468. tum murmur graue, ... litus ac petrae gemunt. 577. terra se retro dedit gemuitque penitus. 80 VAL FL 1.728. Rhodopes nemora alta gemunt. 92 SIL 15.156. Corus ... spumante ruens per saxa gementia fluctu. 100-199 PS QUINT Decl 6.5. per horridos fluctus et gementia litora et spumantes scopulos. 250 COMM Apol 921. tota terra gemebat. 394-404 CLAUD Quart cons 49. cum barbaries penitus commota gementem irrueret Rhodopen. 395-397 CLAUD Rapt Pros 2.8. ter conscia fati flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna. 399 AUG In Iob 31. Si super me unquam terra gemuit. 🕮 PORPH Hor in Carm. Gementis autem Bosphori, hoc est: perstrepentis ac sonantis.

item ad ea animata inanimataque quae labore gemunt - se aplicó abundantemente a aquellos objetos o seres que hacen oír sus gemidos bajo un esfuerzo 29-19 VERG Aen 5.806. Achilles ... milia multa daret leto, gemerentque repleti amnes. 12-16 OV Pont 3.3.10. inhorruit aer et gemuit paruo mota fenestra sono.

ad iumenta quae labore delassantur, qualia boues - a los animales que trabajan penosamente para el hombre, como los bueyes [**DOM** ceruix, iuuencus]; 2-8 OV Met 1.124. pressi ... iugo gemuere iuuenci. 80-90 STAT Theb 3.427. Fama ... flatu ... impulsa gementum alipedum. 410-420 PS ALEX C Dind coll 2.4. gementibus tauris stridentia plaustra subiungere.

ad machinas, lignis concrepantibus, quales currus - a los artefactos, casi todos de rechinante madera, como el carro [**DOM** carpentum, currus, plaustrum] 29-19 VERG Aen 11.138. nec plaustris cessant uectare gementibus ornos. 63-65 SEN Phaedr 77. fertur plaustro praeda gementi. 380-400 GAUDENT Serm 343. *gelu* iter solidum plaustris gementibus commodabat. 🕮 SERV Aen 11.138. PLAUSTRIS GEMENTIBUS. sub pondere sonantibus.

seu rota - o su rueda 37-29 VERG Georg 3.183. equi labor est ... tractu ... gementem ferre rotam.

ad nauigia - las embarcaciones 29-19 VERG Aen 6.413. gemuit sub pondere *Aeneae* cumba sutilis. 394-404 CLAUD In Gild 220. assiduo ... gemens undarum uerbere nutat descensura ratis.

immo ad Viam Appiam! - ¡incluso la Vía Apia! 353-431 PAUL NOL Epist 29.12. carrucis nutantibus, phaleratis equis, auratis pilentis, et carpentis pluribus, gemente ... uia Appia.

[**DOM** pondus] 397-401 AUG Conf 8.6.13.1. quantum uacabat ab eis negotiis sub quorum pondere gemebam. 398 AUG Serm 359a.22. pone *sarcinam* si gemis sub onere.

a3 *semantica amplificatio audacter effecta est, cum ad subs. inexspectata attineretur, adeo ut quidam usus reprehensi essent; ita, cum ad gubernaculum attineret, quod auctor ipse nimis audax esse putaret - se produjo un proceso de ampliación semántica mediante usos audaces del verbo, aplicándolo a sustantivos inesperados, de manera que algunos usos fueron cuestionados; así, su empleo con el timón del barco, imagen que el propio autor consideró arriesgada* 96-113 PLIN Epist 9.26.4. stridunt funes curuatur arbor gubernacula gemunt. 9.26.13. Exspecto, ut quaedam ex hac epistula ut illud "gubernacula gemunt" et "dis maris proximus" ... notis ... confodias.

uel cum Aetnae labores describerentur - o al describir la erupción del Etna VERG Aen 3.577., basada en los usos más designativos de *gemere*; 160 GELL 17.10.19. Quod ... *scopulos* "liquefieri et gemere" ... dixit, hoc ... nec a Pindaro scriptum nec umquam fando auditum et omnium quae monstra dicuntur monstruisissimum est. (*idem* 384-440 MACR Sat 5.17.21.)

seu ad ea attineretur quae per se ipsa ingemiscenda minime essent - o en su aplicación a realidades que no fueran en sí una desgracia 160 GELL 12.5.10. an dicat aliquis, ipsum illud, quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare?

b1 *et quod gemendi proprium erat et sensum a quo gemitus proueniebat adunauit, quod familiarium uel necessariorum amissioni mixtum semper erat, animi dolore cogente - unió al hecho de gemir el del sentimiento que lo producía, siempre mezclado con la pérdida irremediable de un bien o un ser querido, como expresión física del dolor interior o espiritual: lamentar(se* $_{de}$*)* [**HYPER GRADUS** →flere^{b} **HYP** adgemere, congemere^{a1}, congemiscere^{a}, delatrare **SIM** frendere^{b2}, gemiscere, ingemere^{b1}, ingemiscere^{a1} **DOM** iniquitas] 56 CIC Sest 66. haec gemebant boni, sperabant improbi. 50 CURT 4.19.25. gemens et ueste lacerata. 62-65 LUCAN 4.183. quid, uaesane, gemis? fletus quid fundis inanis? 330-430 HEGES 5.2.9.12. plerique perisse sibi libertatem gemunt. **INSCR** 200-350 CLE 807.1. *Mediolani in Transpadana.* Quid gemis et lacrimas, quod te, miserande, relinquo? 🕮 COD Theod 9.38.6. paschalis laetitiae dies ne illa quidem gemere sinit ingenia, quae flagitia fecerunt.

- *deplorar* [**SIM** maerere] 29-9 LIV 39.53.11. omnia maerens quidem et gemens. 5 OV Fast 2.835. communia damna gementes. 79 PLIN Nat 21.9. filia diui Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsuam litterae *Augusti* gemunt. 400 AUG C Parm 5.26. Iusti gemunt et maerent per totam ciuitatem.

- *dolerse* $_{de}$ 80-90 STAT Theb 9.288. miseratur equum magnoque ex uulnere telum exuit ipse gemens et sponte remisit habenas.

- *llorar la pérdida* $_{de}$ 80-90 STAT Theb 12.285. non circumfusa tremescens concilia umbrarum atque animas sua membra gementes.

uel quasi paeniteri - gemir de dolor espiritual podía sobrevenir como consecuencia de acciones malvadas o equivocadas en la propia vida del doliente: arrepentirse $_{de}$ 45-95 STAT Silu 3.3.179. gemuit periuria Theseus litore, qui falsis deceperat Aegea uelis.

seu ad inanimata eorum effectus flentes - o se aplicó a objetos inanimados que lamentan o lloran sus propias actuaciones 394-404 CLAUD In Eutr 2.71. gemunt incudibus aera formatura nefas. 330-430 HEGES 5.5.7.9. Multum arbitror ipsas ingemescere militiae leges tantae dissolutionis flagitio.

inde ad multa alia quam homini retulit, quae humana specie induta mala sua lugent; qualia templa - a partir de aquí, se aplicó a multitud de realidades ajenas al ser humano, que se ven personificadas y expresan la opresión o el daño recibido; así, los templos 55 CIC Pis 21.7. cum ... templa gemerent. 395-397 CLAUD Rapt Pros 1.207. mixto concentu delubra gemunt.

(→**d**) *seu certi mythologici homines, ut Procne, tristitia gemens, postea quasi luscinia - o ciertos personajes mitológicos, como Procne, que gemía de pena y gemiría más tarde como ruiseñor* 23 HOR Carm 4.12.5. Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens, infelix auis.

[**DOM** heu, uae] 92 SIL 13.646. heu, quantum gemui, quod spiritus ... discessit in auras! 🕮 PS ASPER Gramm 554. *significat affectum animi* gementis ... uoi uae. DIOM 419. *affectum significat* gementem ... heu.

b2 PATR *alienum uiro interdum fuit per gemitus animi sensus expromere - a veces la expresión de los sentimientos mediante el gemir y el lamentarse pudo ser visto como impropio del varón* [**DOM** turpis] 45 CIC Tusc 2.31. tibi turpe nec dignum uiro uidebitur gemere, eiulare, lamentari? 80-90 STAT Theb 3.335. uacua iacet hostis harena turpe gemens. 370-405 PRUD Psych 120. nec doleas, quia turpe tibi gemuisse dolorem.

quamuis hostes ob profligationem suam gemerent, milites ob probra seu contumeliam imperatori suo impacta - aunque los enemigos gemían por la derrota o los soldados por la afrenta hecha a su emperador 70 LUCR 5.1348. Sed facere id non tam uincendi spe uoluerunt quam dare quod gemerent hostes, ipsique perire. 400 HIST AUG Pert 6.3. cum ... statuae Commodi deicerentur, gemuerunt milites.

seu miserae prouinciae regiones fluuii - o las desgraciadas provincias, regiones y ríos 63-65 SEN Her O 1379. Scythia gemente. 1963. gementis stagna Cocyti. 394-404 CLAUD In Gild 87. mille gementis Italiae clades. 394-404 CLAUD Stil 3.25. catenato gemeret Germania Rheno.

et populi et gentes - y los pueblos o naciones [**DOM** populus] 44-43 CIC Phil 13.31. gementem populum Romanum ad seruitutem cohortari. 80-90 STAT Theb 11.755. uulgi ... gementis.

immo Cain - e incluso Caín 400 AUG C Faust 12.12. Cain et dixit ... ero gemens et tremens super terram.

b3 *minimum fuit ad animi excruciationem pertinens, aliis uerbis tamen coniunctum, quos uariare efficiebat; interdum pro eis ipsis uerbis, necessitate adiuncta, exstat, immo summisse et aequanimiter - representó el nivel más débil en la expresión del sufrimiento, acompañando y matizando otros verbos; aunque a menudo equivale a ellos en designación directa, añade la idea de inevitabilidad; todo ello se expresa de manera sumisa y sin estridencias* [**DOM** tristis] **INSCR** CLE 1078.2. et sine fine gemunt. HD 22661 *Carthaghine in Africa Proc.* quae tuli quod gemui, gemitus uiro saepe reliqui. 🕮 ADNOT Lucan 7.43. QUORUM GEMITUS. gemebant tantum, non audentes flere.

[**DOM** suspirare] 68-44 CIC Att 2.21.2. homines ... cum diu occulte suspirassent, postea iam gemere. 80-85 MART Epigr 1.106.5. Suspiras, retices, gemis. 398 AUG Serm 151b.16. In poena uidetur gemere, in compedibus suspirare.

[**DOM** flere^{a}] 32 VAL MAX 3.8ext.4. flens et gemens. 60 PETRON 74.13. Fortunata gemere ac flere coepit. 386 AUG Beat uita 1.2. uentus, qui eos ad certa et solida gaudia, uel flentes gementesque perducat. 🕮 SERV Georg 4.478. kokuein, quod est gemere et flere.

[**DOM** dolere] 100-199 PS BALB Nugis hamb.41. dolens et gemens dixit: O amici, hunc diem perdidi. 386 AMBR Epist 1.2.2. Dolere potero, potero flere, potero gemere.

[**DOM** lugere] 55 CIC Pis 21.7. cum omnes boni abditi inclusique maererent, templa gemerent, tecta ipsa urbis lugerent. 2-8 OV Met 8.527. lugent iuuenesque senesque, uulgusque proceresque gemunt. 370-420 HIER Epist 4.129.2. Lugens et gemens descendam ad Infernum. 🕮 LACT Theb 12.466. COETUMQUE GEMENTEM. Argiuarum mulierum moltitudinem.

[**DOM** plangere] 45 CIC Tusc 2.45. His tu praesentibus gemere et iactare te non audebis profecto. 398 AUG Serm 232.19. Laudo uos? in hoc non laudo, sed gemo et plango. 🕮 ADNOT Lucan 7.43. hos ergo miseros dicit, qui tacite gemunt, non plangunt.

b4 *in funeribus certe ualde gemebatur - si hubo un momento apropiado para esta acción, fue desde luego el funeral* [**DOM** funus] 9-12 OV Trist 1.3.97. nec gemuisse minus, quam si nataeque meumque uidisset structos corpus habere rogos. 100-128 IUV 15.138. naturae imperio gemimus, cum funus adultae uirginis occurrit. 100-199 PS QUINT Decl 10.3. cum inter gementis iacet medium cadauer. 400-430 SEDUL Carm pasch 5.324. matres ... notum uenere gementes ad tumulum.

lamentationibus ob fata aduersa sonantibus - donde intervienen los lamentos por el destino desgraciado [**DOM** fatum] 9-12 OV Trist 3.4.37. fata gementem. 65 HOMER 688. Danaum proceres ... miseri sua fata gemunt. 380 AUSON Par 11.15. Dignior o nostrae gemeres qui fata senectae et quererere meas maestus ad exsequias.

uel metu gementibus hominibus ob talium fatorum comminationem - y gemir de miedo como antesala de tal destino desdichado 65 HOMER 305. splendidus extremas galeae percussus ad oras dissiluit mucro; gemuerunt agmina Graium.

signumue infelicis amoris - y como signo de amor desgraciado 80-85 MART Epigr 1.106.5. Suspiras, retices, gemis: *Naeuia* negauit. 390 ENDEL 2. Quidnam soliuagus, Bucole, tristia demissis grauiter luminibus gemis?

b5 *quare animo cruciari significauit - por ello, se aplicó a sufrir emotivamente* 63-65 SEN Her O 1701. si pace tellus plena, si nullae gemunt urbes ..., si scelera desunt.

ob dominorum dominationem seu iugum - ante la opresión o bajo el yugo 30-50 PHAEDR 5.1.6. Ipsi principes illam osculantur qua sunt oppressi manum, tacite gementes tristem fortunae uicem. 63-65 SEN Epist 107.9. malus miles est qui imperatorem gemens sequitur. 398 AUG Serm 178.6. in manu raptoris gemis. 256.2. In carcere meo gemo.

seu paupertatis - el yugo de la pobreza 339-419 AUG Tri 4.1.7. inter pauperes tuos gemo.

seu militaris dominationis - o de la opresión militar 386 AMBR Epist 1.20.21.5. uidebas ad templum tuum armatos uenire: hinc gemere populum.

b6 *minus seuere, quasi queri - en un plano menos grave que los anteriores, fue utilizado como quejarse o estar descontento* [**HYPER** dicere **SIM** →queri] 80-90 STAT Theb 2.444. mutentque gementes imperia et dubio pigeat parere tyranno. 398 AUG Serm 14.7. Quod gemis, si posses, faceres. 14.8. Gemis, audio, tempora accusas. 14.8. Heri gemebat, quia perdebat sua.

ob propriam culpam queri - como el castellano '¿por qué te quejas?', quejarse de algo que ha sucedido por culpa propia 405 PRUD Perist 9.69. «Quid gemis ?» exclamat quidam, «tute ipse magister istud dedisti ferrum et armasti manus.»

b7 CHRIS *minime caelo, at terris uiuere, ubi lugetur, significauit - significó estar en la tierra y no en el reino de los cielos, el mundo metafórico del valle de lágrimas* [**SIM** ingemere^{b5} **DOM** in medio, super terram; orare] 208-212 TERT Resurr 47.2. illud domicilium de caelo quod gementes in hac carne superinduere desideramus. 391-392 AUG De duab anim 1.22.5. ipse nos mouet ad orandum cum gemimus. 398 AUG Serm 299.9. Sub terrena tunica gemo, ad coelestem festino. 198augm.232. populum adhuc foris gementem, spe saluum factum. 400 AUG C Parm 2.6. illis ... qui gemebant et maerebant facinora populi quae fiebant in medio eorum. 400-430 AUG Epist 2.2.3.6. cum corruptibile hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem.

ubi peccata abundant - lugar del pecado 398 AUG Serm 360b.16. gemere in peccatis. 330 IUVENC 4.685. increpitant dextra laeuaque gementes adfixi crucibus scelerum pro sorte latrones.

inferis lugentium proprium - y propio de los condenados al infierno 348-405 PRUD Cath 10.111. aere ab alto uictrix caro ... cernet sine fine gementem quos mouerat ipse dolores. 370-420 HIER Epist 4.129.2. Lugens et gemens descendam ad Infernum.

immo daemonii - e incluso del demonio 400-430 SEDUL Carm pasch 2.217. Quod tentare suum Dominumque, Deumque nequiret, uictoris fugit ora gemens.

dolorem expressit miserorum qui gementes dei auxilium allicere petebant - expresó el dolor del desgraciado, que podía conseguir la ayuda de su dios por medio de sus gemidos 380-400 GAUDENT Serm 265. Filii Israel ... gementes proclamauerunt ad Dominum Deum ut eos eripere dignaretur. 400-430 SEDUL Carm pasch 3.298. Implorat ... gemens. 🕮 BERN Ecl 5.227. Inultus, gemens.

et se ipsum Christianum seu Iudaeum fateri - significó dar testimonio de la fe judía o cristiana 400-430 AUG Epist 108.3.8.1. Istam malorum permixtionem gemit et Daniel: tres quoque uiri gemuerunt; ille hoc in oratione, illi in fornace testantur.

adeo uericola ob acerbitates gemens uitae terricolae simile fuit huic qui aeternam uitam desiderabat, ut concinnae allegoriae allegorizarentur - fue tan clara la identificación del creyente que gime por su desgracia en la tierra y la esperanza de otra vida, que ello dio lugar a complejas alegorías 398 AUG Serm 214.11. Haec propter sua frumenta inter paleam modo gementia. 376a.2. alios inter istos multos, tamquam inter multam et abundantem paleam, uelut grana gementes in tritura, sed spe horrei se consolantes.

interdum gementes, diuinam legem seruantes, saluificum signum in fronte recipiebant, i. e. litteram hebraeam thau *crucis formam ostendentem, quae bonos a malis distingueret - a veces, los que respetaban la ley divina* (gementes) *recibían una marca salvadora, la letra hebrea* thau o tav *en forma de cruz, que los identificaría llegado el momento de diferenciar buenos y malos* 197 TERT Adu Iud 11.8. scribe signum in frontibus uirorum qui gemunt et dolent super omnia facinora quae fiunt in medio eorum. 370-420 HIER Epist 3.64.21. Tunc signum iuxta Ezechielis uocem gementibus figebatur in fronte. 390-406 VULG Ez 9.4. signa thau super frontes uirorum gementium et dolentium super cunctis abominationibus quae fiunt in medio eius. 398 AUG Serm 110.6. uade, et da signum in frontibus eorum qui gemunt et moerent de peccatis populi mei.

in terris peccati lacrimarumque prophetae, cum uaticinarent, gemebant - viviendo en la tierra del pecado y las lágrimas, los profetas gemían al hacer sus profecías 398 AUG Serm 198a.2. Audi Apostolum gementem de talibus. 155.4. Lex peccati et mortis illa dicitur de qua gemens ait.

immo Ecclesia - y también la propia Iglesia hablaba en este tono 398 AUG Serm 5.21. Ecclesia illud dicit gemens inter peccatores.

c1 **GRAM** *acc. internum* 65-54 CATULL 66.18. uera gemunt. 29-19 VERG Aen 11.865. exspirantem ... atque extrema gementem. 80 VAL FL 1.530. amborum gemuit Saturnia questus. 80-90 STAT Theb 12.530. ipsae autem nondum trepidae sexumue fatentur, nec uulgare gemunt. 92 SIL 12.418. pater ... barbaricum atque immane gemens. 17.202. multum ... gemens mouet aequore classem. 394-404 CLAUD In Eutr 2.praef.26. lacrimis rugas implet anile gemens. CLAUD In Ruf 2.472. triste gemens. 397-401 AUG Conf 12.23.16.1. gemens inenarrabiles gemitus.

(*a Vergilii imitatione, qui a Graecis mutuauit*) *multa gemens. - lamentándose profundamente* 37-29 VERG Georg 3.226. multa gemens ignominiam plagasque superbi uictoris. (*idem* 384-440 MACR Sat 4.4.13.) 29-19 VERG Aen 1.465. multa gemens, largoque umectat flumine uoltum. 30-50 PHAEDR 5.7.10. multum gemens. 80-90 STAT Theb 2.635. multa gementi. 🕮 BERN Ecl 5.226. Multa gemens, ululatibus. SERV Aen 1.465. MULTA GEMENS graecum est polla stenazon. 5.869. MULTA GEMENS. nomen pro aduerbio: hoc est multum et satis gemens.

adi. **c2** gemens. - *gimiente o doliente* [**REL** gemebundus, gemulus, querulus] 63-65 SEN Her O 106. mortis habet uices lente cum trahitur uita gementibus. 80-90 STAT Theb 12.124. postrema gementum agmina Maenaliae ducit comes orba Dianae. 390 AMM 24.9.8. una uox cunctorum erat gementium, cum laceraret crines matrona exul fuganda laribus. 398 AUG Serm 249.2. Quam magnum numerum fecerunt male uiuentes, prementes et gementes? 🕮 CLEDON 5.46. nam participia semper in um debent exire, nomina in ium, ut gementium nomen sit, gementum participium.

c3 *gemere* $_{de,\ dat.}$ - *gemir* $_{por}$ 398 AUG Serm 49.7. gemo de illis. 400-430 AUG Epist 259.3.4. quando gemimus ad te de te. 398 AUG Serm 78.4. Ego gemo cui abstulisti.

d1 *edere uocem turtur siue columba - gemir la tórtola o la paloma* [**HYPER** edere uoces aues **SIM** minurrire^{b}, pusitare] 42-39 VERG Ecl 1.58. nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. 378-380 AMBR Hex 5.12.39. sunt gementes turtures, et raucae columbae. 🕮 SCHOL Bern Ecl 5.59. Proprie de turture 'gemere' dicitur. ANTH 762.20. et castus turtur atque columba gemunt. GLOSS *Loewe GL. N.* 248. turtur gemit.

d2 *item noctua, bubo nocturnaeque aues malo augurio ad noctem siue inferos aspectantes - así como la lechuza, el búho y las aves nocturnas, siempre relacionadas con la noche o los seres infernales y siempre de mal augurio* [**HYPER** edere uoces aues **SIM** →bubilare **SIM** →cuccubire] 30-15 PROP 4.359. in finitimo gemuit stans noctua tigno. 80-90 STAT Theb 3.511. dirae stridunt in nube uolucres, nocturnaeque gemunt striges. 430 MART CAP 4.346. possumus *animalia diuidere* in linguae sonum, quod alia sunt loquentia, alia gementia, alia latrantia, alia ululantia.

d3 *item alia animalia - también otros tipos de animales* [**HYPER** edere uoces animalia terrestria] 70 LUCR 3.297. *leones* pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes nec capere irarum fluctus in pectore possunt. 370 AVIAN Fab ded.21. feras cum hominibus gemere ... facimus.

d4 *instrumenta musica sonare, sonitu et acerbitate temporum animo mixtis - sonar los instrumentos musicales militares, seguramente en una fusión entre su sonido y lo luctuoso de sus efectos* [**HYPER** sonare instrumentum musicum] 100-128 IUV 7.71. surda nihil gemeret graue bucina. 92 SIL 2.245. arma fragore icta graui raucum gemuere. 394-404 CLAUD In Ruf 1.218. classica non gemerent, non stridula fraxinus iret.

in fine temporum certe sonaturis - especialmente cuando anuncian el día del juicio final 412-427 AUG Ciu 18.23.3. tuba tum sonitum tristem demittet ab alto orbe, gemens facinus miserum.